

mendus, aut diminuendus est, eo quod meritum Christi fuerit infinitum, ut propter eius consumptionem formidandum non sit propter infinitum inquit Christi meriti. Hoc totum, inquam, saluatur per hoc precise, quod meritum, & satisfactio Christi infinita ponatur in finitate ordinis, quatenus nempe sunt in supremo ordine satisfactio, & meriti ita ut supra illa excogitabilis non sit maior satisfactio, nec meritum maius, esto adhuc intra talem ordinem finitum cum enim ex dictis nam. 290. meritum, & satisfactio Christi maiorem habeant infinitatem, extrinsecus ex circumstantia personae operantis, quam peccatum ex circumstantia personae offensis, quia meritum Christi non habet unde limitetur ex hoc capite, sicut habet peccatum, ut ibi declaratum est, ac etiam num. 299. hinc clarè sequitur omnia Christi opera, etiam minima, esse in superiori ordine respectu nostrorum peccatorum; quare cum omnes nostrae offensae in ratione mali sint inferioris ordinis, quam Christi meritum, & satisfactio in ratione boni, poterit haec, quamvis finita, esse sufficiens pro peccatis infinitis, cum nullum peccatum ex se pro aequata compensatione possit Christi satisfactioem quae longè superioris ordinis est, quam quavis iniuria contra Deum; ergo quantumvis ista infinitum multiplicetur, poterit per eam nedum sufficere, sed etiam inficiemur, & excessu compensari, & quamvis essent infinitae, non propterea poscerent satisfactioem intra eum ordinem infinitum, sed poterit condigne compensari Christi satisfactioem in suo ordine finita.

315. Confirmatur tota haec doctrina, quia ut alibi sepè dictum est, non ex quolibet excessu infinitarum rerum statim in excedente deduci debet infinitas simpliciter, & formaliter, sed aliquando colligere non licet ex supputatione, & calculatione in excedente, nisi excellentiam gradus superioris respectu inferiorum, qui sit altioris, & ordinis quem nunquam possunt res inferiores attingere, ut dictum est disp. 10. Phys. q. 2. art. 1. ad 3. sic Angelus excedit infinitas naturas imperfectiones sub se possibiles, adeo quod intra ordinem rerum corporearum possunt produci naturae se se perfectiores, & perfectiores in infinitum in tali ordine; quae tamen nunquam perfectionem naturae angelicæ attingant; neque ob id argueri licet in Angelo perfectionem infinitam simpliciter, sed tantum perfectionem superioris ordinis, nunquam attingibilem à rebus ordinis inferioris; ergo sic pariter in proposito etiam si sumatur infinitas iniuriae graviores & graviores contra Deum, nunquam calculare poterunt infinitam satisfactioem pro earum compensatione quia cum omnes iniuriae istae in genere mali sint inferioris ordinis, quam Christi satisfactio in genere meriti, poterit haec, quamvis finita, ob summam, ac supremam eius ordinis, esse sufficiens, imo, & excedens pro infinitis peccatis, & in hoc sensu dixit Pontifex in Clementina cit. Christum suis meritis acquisivisse nobis infinitum thesaurum nunquam exhaustiendum, ad quod sufficit ut Christi satisfactio sit tantum infinita ordine, licet intra eundem ordinem sit finita; & in hoc eodem sensu meritum Christi dicitur infinitum, scilicet, negativè, & ordine, quatenus in ratione meriti est summum, nec aliud excellentius reperiri poterit attentis circumstantiis personae merentis.

316. Respondet Arriaga disp. 8. n. 49. hunc altiorum ordinem in operibus Christi non utique ab humanitate provenire quae est inferioris ordinis, sed à Verbo, hoc autem non solum est superioris ordinis, sed infinitis; ergo hoc ita dare poterit valorem infinitum, sicut, dat altioris ordinis etiam si humanitas non sit infinita, neque altioris ordinis. Sed id non satisfactio, nec urget, nam supra dictum est n. 298. quod quando ad unum effectum praesertim moralem plura concurrunt, licet unum sit infinitum, si tamen alia sunt, effectus non erit infinitus simpliciter, sed tantum altioris, & superioris ordinis, quia limitatur ab aliis principis finitis. Sed respicit Arriaga hoc non urgere, quia causa finita factem elevata potest effectum infinitum producere; ut ignis v. g. divinitus elevatur potest calorem infinitè intensum producere, ea ergo limitatio non subsistit. Sed certe totum hoc gratis dicitur, & absque ulla probatione; quia vis enim causa finita elevata potest effectum altioris, & superioris ordinis attingere, ut intellectus creatus lumine glorie elevatur beatam visionem, nunquam tamen producere potest effectum simpliciter infinitum in aliquo genere, ob repugnantiis talis infiniti disp. 10. Phys. assignantur.

317. Denique iuxta hunc dicendi modum, ut dicebam, nonnulla evitantur absurda, quae in opposita sententia evitari nequeunt, quoniam ex hac infinita satisfactioem, vel merito Christi sequitur plus potuisse Christum mereri, quam Deum poterit remunerare; sequela patet, quia meritum infinitum non potest habere aequale praemium, nisi sit etiam pariter infinitum, hoc verò non potest conferri Deo, non enim potest conferre infinitam gratiam, vel gloriam. Circa huius difficultatis solutionem plurimum laborant Cardin. de Lugo, Arriaga, & alii Receptorum Sed breviter ait Suarez infinitatem talis meriti ad praemium

comparatam non in hoc consistere, quod illi debeatur, aut deberi potest praemium simpliciter, & actu infinitum intensive, & extensive, quia id quod est impossibile, non potest cadere sub merito; sed consistit in hoc quod signato quocunque praemio infinito, est in eo valor ad maius praemium, vel ad plura praemia, etiam si infinitum procedatur, in quo non excedit meritum Christi potentiam Dei, sed cum imitari, & quodammodo et adaequatur, quamvis in inferiori ordine, & ratione, quare Becanus, Averfa, & alii iniquitè explicandam esse infinitatem meritorum Christi, sicut explicatur infinitas divine potentiae; unde sicut haec explicatur per hoc, quod Deus potest facere plus semper, & plus in infinitum; ita meritum Christi erat infinitum quoad valorem, quia et poterat de condigno retribui plus semper, & plus, licet non actu infinitum; quare non sequitur plus potuisse Christum mereri, quam Deum remunerare, & meritum Christi excedere potentiam Dei, quia pari modo se habebat infinitum meritum Christi, sicut infinita potentia Dei. Hoc autem asserunt de merito Christi considerato, veluti in actu primo, & quo ad dignitatem, & valorem operum; Quia tamen in actu secundo, ut est actuale meritum, hoc est, ut per illud acquiratur ius ad praemium, non fuit ordinatum à Deo, nec oblatum à Christo pro praemio infinito, ex quo ordinationem complectitur meritum in ratione actuali, & formalis meriti, idè non fuit illi datum praemium infinitum, sed iuxta ordinationem & acceptationem Dei, & obligationem etiam ipsius Christi.

Sed Contra hoc statim insurgit gravis difficultas, quia data hac explicatio videtur adhuc meritum Christi excedere potentiam Dei quantum ad hoc, quod Christus facere poterit meritum simpliciter infinitum, imò toties hoc infinitum fecit, quod actus exercuit, Deus autem non potest facere praemium creatum simpliciter infinitum, & totum in actu; item Christus potuit simul, & semel mereri unio actu omnia praemia possibilissima in infinitum, Deus autem unico, actu tale meritum adaequare remunerare nequit omnia illa simul producendo, & de successu tantum, & inadaequate ergo saltem in hoc sensu plus potuit Christus mereri, quam Deus remunerare. Hanc instantiam subodoratus est Suarez, & inquit ad eam evadendam, hanc differentiam non esse ex eo, quod tantum plus potuit Christi mereri, quam Deus praemiare, sed ex eo, quod valor meriti non consistit in entitate physica, sed morali, tampra ex habitudine ad personam increatam, ideoque simpliciter infinitam; praemium verò creatum est res aliqua physica, quae non potest esse actu infinita.

Hac tamen responsio discutitur non enterv, quia ut diximus disp. 10. Phys. q. 6. n. 99. omnes repugnantiis aliquid momenti, quae impugnant infinitum categoricè, in actu, in esse reali, ac in rebus physicis, aequè impugnant etiam in esse obiectivo, & in entibus rationis, quia sunt entia moralia; & ratio est, ut ibi dicebam, quia implicatio, quae sequitur ex infinito simpliciter, & in actu, sequitur ex ipsa ratione infinitatis, cuius constitutio implicatio ratio, non autem ex rebus, in quibus statuitur; nam five ponatur in rebus physicis, & realibus, five in entibus rationis, & moralibus, aut esse duataxat obiectivum habentibus, semper querendum manebit, quot partes, vel gradus, aut unitates sint in tali infinito, five a parte rei, five per nostrum concipiendi modum, & an sint tot binarii, quot unitates, & an totum mente conceptum sit maius sua parte, & an ei possit fieri additio, vel detractio per actum intellectus; Omnes itaque implicatioe rationem infiniti simpliciter consequentes possent in proposito urgeri, eundem, scilicet, valorem esse in uno Christi opere, ac in omnibus simul, & eundem valorem esse in una parte actionis successive, ac in tota actione, & sic totum non esset maius sua parte, vel tandum esset unum infinitum maius alio; Et quia in isto valore infinitè intendo dari deberent infinitis gradus in genere moris, iam non solum daretur infinitum in actu quoad intentionem, sed etiam quoad multitudinem, & sic querendum esset, an sint tot binarii, quot unitates, & urgeri possent omnes implicatioe, quae contra tale infinitum militant; & tandem sequeretur nec quidem minimam partem meritorum Christi fuisse remuneratam, quia si meritum Christi pari passu procedit cum omnipotentia Dei, ut inquit Adversarii, sicut quod est à Deo productum nec minimam partem adaequat omnipotentia eius, cum sit formaliter, & actu infinita, quia finiti ad infinitum, nulla est proportio, ita de merito Christi esset dicendum; imò praeterea sequeretur neque de possibili potuisse Deum unquam adaequate compensare nec quidem minimum Christi meritum, quia quicquid produceret tantquam praemium, etiam si foret altioris unitate, esset finitum, ut bene dicitur P. Bel-lurus Collega meus hoc. citato quare semper urget absurdum in argumento principalis illarum, plus Christum de facto meruisse, quam Deus poterit remunerare, si meritum eius ponatur actu, & simpliciter infinitum, & meritum Christi excedere potentiam Dei.

Dices,

320. Dices, hec abradia sequi etiam in nostra sententia, cum nos quoque admittamus, Christi meritum ex circumstantiis personae habere congruitatem ad naturam, ac etiam condignitatem addeant divina acceptatione ad omne praemium possibile quia non habet unde limitetur ex hoc capite; idem ergo possit dari maius, & maius praemium in infinitum, nempe maior, & maior gratia, vel gloria, sequitur, Christum plus meruisse, quam Deus poterit remunerare; nec de possibili Deum potuisse adaequare minimum Christi meritum, quia non potest totam illam gratiam, vel gloriam à Christo promeritam simul producere, cum sit infinita finitatem, cui infinito repugnat totum simul produci, & in actu poni, ut constat ex disp. 10. Phys.

Respondendo negando sequamur, quia, ut sepè dictum est, licet Christi meritum non habeat ex hoc capite, unde limitetur, habet tamen ex aliis capitibus, atque ideo non habet infinitam latitudinem in genere meriti, neque crescit ad equalitatem dignitatis personae, sed tantum secundum proportionem, atque ideo ex hoc capite non acquirit infinitatem simpliciter, & positivam, sed tantum infinitatem ordinis, quae est infinitas tantum negativam, & secundum quid, quatenus ex hoc capite nempe ex circumstantiis personae non est possibile, neque excogitabile meritum maius; Quapropter cum dicimus Christi meritum ex hoc capite habere condignitatem ad praemium possibile, intelligendum est de magnitudine praemii, quae tali merito correspondet, adeo ut sicut ex hoc capite nequit dari maius meritum, sed est infinitum in ordine, hoc est ordinis infinitum, ita pariter dari nequeat maius praemium, sed hoc est ordinis infinitum in ordine suo, hoc est ordinis supremi in ratione praemii; sed sicut talis ordinis supremitate non oblatum meritum Christi dicitur simpliciter, & absolute non oblatum meritum Christi dicitur debet praemium illi merito adaequatum correspondens; adhuc tamen bene dicitur Christi meritum ex hoc capite ad omne opus possibile ordinabile quia sicut ex hoc capite non est maius opus possibile, & excogitabile; ita ex eodem capite non est possibile praemium illud meritum excedens, sed praemium illi adaequatum, esto finitum est supremum praemium possibile ex hoc capite, & ideo absurda illa in nostra sententia locum non habet.

ARTICULUS QUARTUS.

Enunciamenta proferuntur adversa sententia.

321. In oppositum pro infinitate simpliciter meritorum Christi. I. Primo obicitur plurima Scripturae loca dicentis meritum, & satisfactioem Christi non solum aequale demeritum, verum etiam superflua, & absolute loquuntur ut de pretio nostrae redemptionis tantquam de re finiti valoris, psal. 119. *Copiae apud eam redemptio i. Cor. 5. empti estis pretio magno Rom. 5. non sicut delictum ita & donum sic etiam passim loquuntur Patres, ac praesertim ferventer urgent definitionem Clem. VI. in extrav. *Visignitatis de pen. & rem. ubi ait Christum suis meritis acquisivisse infinitum thesaurum hominibus, & gratiam sufficientem fuisse ad perfectam redemptionem, & hoc propter unionem ad Verbum. Nec plane satisfactio videtur communis Scotistarum responsio, haec, & similia testimonia indicare, iam meritum Christi habuisse quandam infinitatem, atque ideo sufficientem explicari de infinitate extrinseca ratione divini suppositi, non verò convincere infinitatem intrinsecam, ac simpliciter in ratione meriti. Non, inquam, satisfactio, nam cum Patres dicunt, meritum Christi fuisse infinitum, non intelligitur extrinseca ratione suppositi, quia sic idem esse dicere, ac meritum Christi esse infinitum suppositi, quod à nullo negari poterit supposita fide; sicut cum dicitur peccatum esse infinitè malitiae non loquuntur obiectivè, & extrinseca, hoc enim est clarum, & haec loquendi modus extendi poterit ad omnes actus in Deum tendentes; ergo intelligi debent haec testimonia de valore intrinseco, ac simpliciter infinito.**

Respondendo, quantum attinet ad testimonia Scripturae, etiam ipsos Adversarios faceri, per ea tantum significari copiosam abundantem, & sufficientem fuisse Christi satisfactioem, non autem infiniti valoris, & merito Deinde gratis etiam concedo communem illam Scotistarum responsionem, sic videt, ac ieiunè prolatam non satisfactioe, quia indubie Patres, quando infinitatem in ratione demeriti, & offensae peccato adscribunt, & infinitatem operibus Christi in ratione meriti, specialiter quodam modo eam enunciant de peccatis nostris, & de merito Christi, quod ceteris actibus in Deum tendentibus convenire non potest, & tamen infinitas illa extrinseca, & obiectiva beate visioni convenit, ac amoris Dei supernaturali; Sed quomodo specialiter adhuc modo infinitatem illis adscriperint non iam declarato n. 289. adhuc tamen non ritè inferunt, quod eis adscriperint infinitatem simpliciter sed tantum infinitatem ordinis, quatenus in ratione offensae, & ex circumstantiis personae offensa non potest dari maior, quam offensiva Dei, & ex circumstantiis personae merentis,

& satisfactioem non potest dari maior satisfactio, & perfectior, quam fuerit Christi satisfactio; Ac praeterea verum est specialiter adhuc modo enunciatae Patres haec infinitatem ordinis de merito Christi, in ratione satisfactioem, quàm de peccato in ratione offensae, non tamen quia meritum Christi ex circumstantiis divini suppositi poterit acquisivisse infinitatem simpliciter in ratione meriti, sed solum quia opera Christi in ratione meriti, & satisfactioem adhuc sunt in superiori ordine ad rationem peccata in ratione demeriti, quia nempe meritum Christi non habet unde limitetur ex hoc capite, sicut habet peccatum, ut declaratum est n. 290, 299, & 314. ex quo sequitur Christi satisfactioem, etiam si intra suum ordinem finitam, esse sufficientem pro peccatis infinitis, cum nullum peccatum ex se pro aequata compensatione possit Christi satisfactioem, quae longè superioris ordinis, quam quavis iniuria contra Deum; in hoc itaque sensu intelli, genda sunt Scripturae & Patres, si quando dicitur meritum, & satisfactioem Christi infinite excessivè demerita nostra, loquuntur enim de finitate ordinis, quo etiam sensu Pontifex dixit in Clement. cit. Christum suis meritis nobis acquisivisse infinitum thesaurum nunquam exhaustiendum, ad hoc enim sufficit, ut Christi meritum, & satisfactio fuerint ordinè finitara, licet intra talem ordinem finitara, ut declaratum est n. 314, & 315.

Sed instans ex D. Paulo ad Hebraeos 9. ubi loquens de Christo ait: *semel oblatum valde, & lacrimis exauditus est pro sua reverentia* quem locum expendens Christ. 10. 4. hom. & inquit: *Quomodo esse filius Dei, pro reverentia inquit, ex auditus est, non oblatum esse, magis est oblatum, quam gratia Dei, sicut inquit, pro sua reverentia ut etiam propter eum non operatur Deum. Ex quibus tria deducuntur. Primum autè ex auditum nempe, & acceptationem divinam fuisse in Christi operibus propter dignitatem personae valore intrinseca, hoc enim innuit *pro sua reverentia*. Secundum est hunc valorem, & meritum non esse de congruo tantum, sed de condigno, ut patet ex verbis Christi: *nam gratia remissionem peccatorum propter Christi meriti esse effectum gratiae, sed potius operum Christi concessam fuisse à Deo, quia Deus ipsum Christum sic reverit, & si in operibus Christi esset locus quaedam congruitas tunc esset effectus gratiae Dei. Tertium tandem est hunc valorem esse simpliciter infinitum, ex auditum enim esse Christum pro sua reverentia idem significat, quod propter dignitatem infinitam personae, quam Deus ipse in Christo esse reverit.**

Respondendo, non desse Patres, qui verba illa explicat de reverentia pro actu secundo, seu de reverentia Christi erga Deum, quem semper summam professus fuit erga Deum, ita Glossa, Litanus, & Divus Thomas ibidem, quia data expositione tota vis corrumpitur argumentum, sed admissa etiam Christofolii expositione de reverentia in actu primo, adhuc parum nos urget; Non quidem in primo puncto, etenim gratis concedimus, & admittimus valorem intrinsecum in operibus Christi antecedenter ad acceptationem actualem, ut constat ex dictis art. 1. à num. 279. & sequè unquam Scotos negare iustorum operibus vim infinitabilem, & proportionatam ad impetrandum praemium autecedenter ad divinam promissionem, & acceptationem actualem, imò tam ubique concedit, ut praesertim constat ex 1. disp. 17. q. 2. corpore, & quol. 17. in fine, ubi non constituit quodlibet opus acceptabile ad praemium supernaturalè, sed illud precise quod oritur ex inclinatione habitus gratiae; & unde in operibus admittit aptitudinem proximam ad acceptationem actualem, quam vocat congruitatem, & solum negat vim necessarium praemium impetrandum, & Deum obligantem ad illud retribuendum, vultque hanc solum haberi ex pacto, & acceptatione Dei actuali, & haec est vera, ac genuina Scoti opinio de merito ut dixi q. 4. huius d. & accurate notavit Hurtad. d. 63. s. 47. Unde in proposito de merito Christi, acceptatio, quam exigit Scotus, est ad vim obligandi actu Deum, vel inducendi debitum in Deo ad praemium retribuendum, haec enim precise pendet ab ipsa promissione, & actuali Dei acceptatione, ut idem importat quod debitum, ut explicavi n. 281. congruitatem ex circumstantiis personae infinite, prout congruitas excludit condignitatem ab operibus debitum involventem, non autem valorem, & sufficientem proportionem ad praemium.

Ex quo etiam patet, nec argumentum nos premere in secundo puncto, quia valorem, & meritum in Christi operibus non tantum dicimus esse de congruo, sed etiam de condigno, prout condignitas dicit valorem, & sufficientem proportionem ad praemium, & hoc etiam antecedenter ad acceptationem divinam actualem, licet non habituale, ut dictum est n. 281. & ideo bene dixit Christofol. remissionem peccatorum propter Christi meriti non esse effectum gratiae, sed operum Christi quia ad obtinendam talem peccatorum remissionem, vim, & va-

lorem



doni mensuranda est iuxta magnitudinem dantis, & accipientis, ergo cum Christus vere sit persona divina, eandem maiestatem, ac venerabilitatem habeat, quam Deus ipse, unde adoratio latrice, oblatio sacrificii, & similia, quae Deo tribuuntur etiam Christo tribuuntur, certe praemium Christo proportionatum debet esse aliquod infinitum, atque idem valor meriti eius erit simpliciter infinitus. Respondet etiam bene Bellurus *lo. cit.* negando paritatem, quia alter Deus ex hypotesi impossibili, qui praemium deberet, esset intrinsece infinitus maiestatis tam specificativae, quam reduplicativae: at Christus licet ratione suppositi, & divinae naturae sit infinitus maiestatis, non tamen ratione humanitatis; neque ut sic est adorabilis adoratione latrice, ut notat Doctor 3. *diff. 9.* cum ergo non sit praemiabilis, nisi ut homo, quia solum ut homo meruit ex dictis *art. 1.* idem quia ut sic dicit quid finitum intrinsece loquendo, meritum erit finitum: Et sic occurrendum est ad id, quod dicitur *lo. cit.* Christus erat infinitus diligibilis a Deo, tunc propter hypostatum divinum, tunc propter infinitam sanctitatem humanitatis, quae infinitè substantialiter sanctificatur a Verbo. Hoc enim patitur assumptum esse verum duntaxat de Christo, ut Deo, non ut homine, quia ut sic, cum sit quod creatum, non habet intrinsece infinitam diligibilitatem: nec etiam verum est humanitatem Christi infinitam simpliciter sanctitatem accepisse, nisi sermo sit de infinitate ordinis, & negativa, quia per infinitam hypostaticam nec deitas, nec divina personalitas communicata est humanitati infinitae, sed tantum finito modo.

337 Sexto, Huradus *disp. 1. sect. 3. §. 27.* ingenue falsum argumentum praecedens ex dignitate personae delinquit calculatoria supputatione esse invalidum, & considerationem dignitatis personae, ut formam operum, ad infinitatem eorum parum suffragari, quia iam dixerat *disp. 9. §. 32.* illam phrasin *forma moralis* quam Adversarii in hac materia adeo exaggerant, esse valde metaphoricam, & in minime propriam, quia simili phrasi significare quosdam philosophos estimationem infinitam iniurie in Deum, quae eadem ratione erit forma formalis iniuriae in his, inquam, de causis naturae aliunde deducere, & alio modo explicare infinitatem meriti Christi, & inquit, quod meritum, & satisfactio Christi non solum dicitur infinita in dignitatem maiorem a persona Verbi refertur, sed ipsammet phrasin, & incrementum Verbi dignitatem, quod totum utriusque esse simpliciter infinitum, unde ex opere, & dignitate personae componitur hunc valorem, & hoc totum inquit esse obiectum divinae complacentiae: Ceterum quantum valet haec Huradus speculatio iam expendimus supra *n. 30.*

338 Deinde ex dupli. c. capite probat huius valoris infinitatem: prima ex parte dignitatis personalis Christi, quia satisfactio plus minusus aequatur, quo plus estimatur persona a qua offertur, unde plus valet ad imperandum postulare Rex, quam pibeus; sed persona, a qua offertur satisfactio Christi estimatur infinitè in ratione personae, ergo ergo dignitate personali Christi crescit dignitas satisfactiois. Secundo probat ex sanctitate humanitatis satisfactiois, quia opera accipiunt valorem ex sanctitate personae satisfactiois: ergo opera Christi accipiunt valorem infinitum, probat consequentiam, quia sanctitas Christi est infinita. Sed in primis argumentum ex primo capite sumptum nempe ex dignitate personae fundatur in calculatoria supputatione, quae antea §. 27. invalidam esse dixerat ad probandum infinitatem simpliciter ex ea enim infinita simpliciter in merito Christi: Et rursus aliud argumentum ex secundo capite delinquit eundem esse finitum, quod est calculatio, ex qua non sequitur infinitum, sed tantum dignitas in altiori genere, ut patet in visione beata, quae illa calculatio non probatur esse infinita, sed tantum in ordine altiori ceteris cognitionibus.

339 Haec obvia solutio bene praevitit Huradus, eamque precludere nititur, quia merita Christi appellari infinita simpliciter, vel finita in ordine altiori in idem recidit, & est controversia de sola voce: sicut etiam in materia de infinitate peccati, semel enim concessio peccatum esse infinitum in causalitate morali respectu cuiusdam peccati possibile, & quod a Deo xanti estimare in gravitate, quoniam infinita mala peccati, quae pro illo possunt infigi, iam habentur intentum, si ve id vocatur absolute infinitum, si ve altior ordo infinitus secundum quid quia ordo superior malae culturae infinitus ea mala peccati continens eminenter cum virtute causalitativa est absolute infinitus, & peccatum haec ratione infinitum in causalitate morali appellari debet, quia eius virtus talis est, ut non possit ei praescribi terminus in causando moraliter, si quidem non habet primum, & ultimum effectum possibilem, & totum effectum infinitum respectu collecti in solo peccato, quia in causa aequivoca continetur eminenter perfectio omnium effectuum: Sicut ergo ex infinitudine peccati sufficienter colligitur infinitum peccati, ita pariter eadem infinitas inferri poterit, ac debet ex praemis infinitis quibus est dignum quodlibet Christi opus, & eiusmodi bona, aut mala merita vocari infinita simpliciter, aut finita in ordine altiori

est sola de nomine controversia. Addit deinde, quod licet calculatio non sit arithmetica, sed geometrica valere tamen ad probandum infinitam estimationem moralem operum Christi, sicut si esset arithmetica, quod sic ostendit nam ex maiori sanctitate personae augeatur valor condignus meritorum, ut constat ex dictis q. 7. & patet exemplo interpretationis; Christus enim dignior est, ut a Deo aliquid impetret, quam B. Virgo, item haec dignior, quam Angelus; ergo ex sanctitate Verbi, quae est infinita, augeatur infinitè, probat hanc consequentiam, quia si gratia augeatur, ut odio, meritum augebitur, ut unum, vel ut dimidium, quod est geometricè augeatur, non verò ut arithmetice, quia non augeatur in merito tot gradus, quot in gratia, sed augeatur cum proportione; hinc autem sequitur ex augmento infinito gratiae augeatur aliquid meriti, v. g. pro uno gradu gratiae centesima pars gradus estimationis, item centum gradus gratiae afferent unum gradum estimationis; ergo si centenas gradus gratiae sint infiniti, gradus quoque estimationis, & meriti erunt infiniti.

340 Respondo in primis falsum omnino esse, quod infinitas ordinis coincidat omnino cum infinitate simpliciter, & absoluta quia infinitum simpliciter in aliquo genere continet formaliter aut emittent omnia possibilia in eo genere, ut constat de quantitate infinita continua, vel discreta; quod autem infinitum est ordine tantum, non excedit inferiora per continentiam virtutem illorum, sed solum propter excellentiam gradus virtutis ordinis si Angelus excedit quantumque creaturam corporealem possibilem, nec tamen virtutem continentem per causalitatem, & homo excedit quodcumque animal irracionale per causam in infinitum, nec tamen virtualiter continet illud per causalitatem. Huiusmodi Huradus *ple. sect. 3. cit. §. 25.* inquit, quod si ponamus hominem continere formaliter, aut emittent omnia animalia irracionalia vel supra ipsa possibilia, non propter ea erit animal infinitum, sed finitum, quia in ratione animalis habet principium, & finem, quia conceptus animalis, ut sic, etiam si cetera continet formaliter, aut emittent, includit multas imperfectiones essentialis, ergo non est infinitus in suo conceptu, quia nihil imperfectum est infinitum in e ratione, in qua est imperfectum, quia perfectio tunc finitur; si ergo etiam possumus in proposito de ferre de Christi merito, quod quantumvis coninet formaliter, & emittent omnia merita possibilia puritate creaturae, adhuc includere imperfectiones in ratione meriti, ex aliis capitulis, nempe ex bonitate ac intentione alius finitae, & aliis, cum ergo non oblatio tali continetia aliquid adus includeret imperfectiones in genere meriti, non poterit dici infinitum simpliciter in eo genere; Tandem quod ait in eo difficultas de infinitate peccati, quod est dignum omni pena possibili, patet esse falsum ex dictis *lib. 2. disp. 6. de peccati q. 7. an. 165.* & in quo etiam sensu meriti Christi condignitatem habeat ad omnem praemium possibilem iam declaratum est supra *n. 320.*

341 Ad id, ut constat ex dictis ad infinitam postum *lib. 2. §. 37.* cum quia hoc argumentum profusum coincidit, quod calculatio cum non valet; Et quando dicimus valorem meriti augeatur ex maiori dignitate personae non ad equalitatem, sed ad proportionem non loquimur de proportione geometrica in rigore, que sit physice determinata, & assignabilis, alioquin inde inferre possemus proportionem quoque arithmetica, sed loquimur de proportione geometrica late sumpta, & quae prudenti iudicio taxari potest in genere moris, eo modo quo dicimus perfectionem actus crescere proportionaliter iuxta perfectionem obiecti; ex quo tamen procedunt illi argumentum nullam infinitatem simpliciter inferimus in actu, sed solum ordinis altioris excellentiam, quae ratione diximus supra *n. 265.* quod si per impossibile gratia operantis esset infinita inensam quomodo sequeretur quomolibet gradum eius etiam remittit esse infinitè meritorum, Ex quo etiam rursus patet infinitatem ordinis non coincidere cum infinitate simpliciter, quia illa reperitur in actu visionis Dei, non tamen illa.

342 Septimo, etiam Valquez *disp. 3. cap. 5.* ingenue fateatur opera Christi non accipere valorem infinitum immediate ex infinita dignitate personae Verbi operantis, cui tribuuntur actiones humanitatis Christi, quatenus illa persona tribuuntur, & terminata humanam Christi naturam operantem, quia si cogitur Christus, ut humanitas Christi maneat in peccato, vel origina li, vel mortali habituali, & non sanctificaretur per unionem ad Verbum, ut aliqui possibile existimant, tunc eius opera prosum non forent digna, ac meritoria apud Deum, quia essent opera hominis in Deo in visis, ac inimitis, & tamen adhuc dignum postposito tribuere, ergo non ex illo immediate suum valorem, sed positus ex humanitate, quatenus deificata, & sanctificata per Verbum. Unde concludit, quod accipit infinitum valorem ex infinita dignitate humanae naturae, non precise sumptae, sed quatenus per divinam erat sanctificata & quasi deificata, nam divinitas in Christo fuit quasi forma quaedam sancti-

sanctificans, & deificans humanitatem, ac proinde a actiones humanitatis procedebant ab humanitate, sanctificata, & deificata, ideoque erant infiniti valoris, ac dignitatis; quem dicendi modum sequitur Becanus *c. 1. q. 1. ut doctrina Patrum conformiorem.*

343 Respondo neque ex hoc capite a Valquez assignato sufficienter deduci infinitatem valoris operum Christi, fallum namque est humanitatem Christi esse inessentialem infinitae dignitatis, aut esse simpliciter infinitè sanctificatam, sed ipsum infinitate negativa per extrinsecam denominationem ratione suppositi; & ratio est, quia licet per unionem hypostaticam deus suam naturam divinam, & personalitatem naturae creatae, tamen finito modo, sicut etiam deus deus beatis in patria seipsum in praemium, & tamen non est donum infinitum, quia deus finito modo, quatenus per visionem participari potest, sic, in proposito licet Deitas, ac divina personalitas per unionem hypostaticam communicetur naturae humanae, non tamen communicatur infinito modo, melius enim divina natura communicatur ab aeterno ipsi Verbo, cui communicatur per identitatem, quam humanitati assumptae, cui solum communicatur per unionem, retenta semper distinctione reali, unde ex vi unionis hypostaticae non dicitur humanitas deificata, & sanctificata, nisi finitè, & limitato modo: sic ergo communicatio per unionem non limitat donum divinitatis, & personalitatis divinae, naturae assumptae collatum, ita quoque limitat dignitatem, & valorem meritorum, quod eo vel maxime asserendum est, quia in tali deificatione, & sanctificatione minus quid habetur opera Christi, quam ipsa humanitas, & Verbum, nam haec duo ita sunt realiter distincta, ut adhuc sint physice, & immediate unita, illa verò careat omni unionis physica propria, & immediata; & ad summum dicitur esse Verbi per communicationem idio naturam, unde solum in hoc sensu dici possunt infiniti valoris, & a Verbo, vel natura divina dignitate, non per intrinsecam unionem, sed per extrinsecam denominationem.

344 At inquit Card. de Lugo per unionem hypostaticam limitari donum naturae divinae humanitati assumptae collatum, non verò dignitatem, & valorem meritorum, quia donum consideratur in ordine ad eum, cui datur divinitas, ergo per unionem non communicatur personae Verbi, sed naturae humanae, & quidem finito modo, at verò quando Deitas consideratur ut dignificans opera Christi, non comparatur eum humanitate, sed cum persona operante, ad cuius excellentiam debet attendi in remuneratione, persona autem operans non participat deitatem finito modo, sed infinito, quia persona Christi est essentialiter deus; hinc ergo est, quod licet per unionem non infingatur donum, & eadem tamen Deitas infinito modo concurrat ad valorem operum, quia nimirum ad mensurandum praemium debemus considerare honorem, quo dignus est operans, Christus autem dignus est honore infinito, & supremo. Sed haec doctrina iam superius exposta est *num. 307.* ubi ostendimus falsum esse magnitudinem praemii precise attendi debere ex dignitate personae nullo habito respectu ad operis bonitatem, quia intentio personae dignitate adhuc debetur ei maius, vel minus praemium iuxta operis excellentiam maiorem, vel minorem. Deinde mirabile est, quod per unionem hypostaticam limitetur donum divinitatis humanitati assumptae collatum, nec tamen limitetur dignitas, & valor operum eius, quia, ut dicebatur, in tali deificatione, & sanctificatione minus quid habetur opera Christi, quam ipsa humanitas; si ergo humanitas assumpta per unionem non accipit donum infinitum, tanto minus opera ex tali unionem accipit infinitum valorem, & dignitatem in genere moris.

345 Octavo, alii hanc infinitatem deducunt potius ex parte obiecti, quam ex persona operante, quatenus Christus offerrebat in recompensationem, & obsequium Dei Patri rem infiniti praemii, scilicet, suam vitam, suam sanguinem, quae ex unionem humanitatis ad Verbum infinitam traherent dignitatem, ita Ragula *disp. 14. Tannerus disp. 1. quest. 1. dub. 4.* & alii, quod probant, Tum ex Scriptura: *1. Petri 2. non corruptibilibus aurum, & argento redempti estis, sed pretioso sanguine Christi, qui immaculati Christi, ubi valor tribuitur sanguini Christi, tanquam pretio persoluto idem, tanquam rei oblatae.* Tum ex Patribus, qui ex eodem capite, scilicet, ex incomparabili pretio Sanguinis Christi extollere solent sufficientiam, & excellentiam redemptionis; & satisfactiois a Christo exhibite. Tum; ex Clementina *cap. 6.* ubi Pontifex dicebat unam guttam Sanguinis Christi propter unionem ad Verbum sufficere pro redemptione humani generis, atqui gutta illa habebat valorem, non tantum principium operans, sed tanquam obiectum volutum, voluta enim fuit a Christo sanguinis eius effusio; ergo dignitas operum Christi formaliter provenit ex infinitate personae humanitatis, & subiecte per modum obiecti a Christo voluti potius; quam ex infinitate personae offerentis. Tum 4. ex Trid. *sess. 22. c. 2.* ubi Concilium docet, sacrificium Missae esse propitiatorium, quae eadem res offeritur, quae olim in ara crucis fuerat oblata, ubi supponit Coelum ideo Christum in ara Crucis obtulisse Sacrificium ex se sufficientem

pro totius mundi redemptione, quia ipse Christus oblatus erat infiniti valoris. Tum 5. ratione, quia licet obiectum non det infinitatem actui, si tamè ius perfectum sit in eo, qui offert illud obiectum, dat valorem infinitum, uti elemosina infinita a nobis obiectum valore habere infinitum. Tum tandem probant ex humanis, ut enim quis a Mercatore v. g. rem aliquam magis valoris emat non tamen attenditur, utrum persona emens sit magni, aut e contra exigui valoris, quam utrum id, quod offertur mercatori sit magis estimationis, ita ut Christus dicatur non condignè emisse, solum est considerandum, quod seipsum habeat omnem valorem infinitum Dei Patri pro nobis obtulerit.

346 Respon. adhuc etiam minus commode ex hoc capite, nempe ex parte obiecti, seu rei oblatae, quae erat infiniti valoris, deduci infinitatem simpliciter meriti, & satisfactiois Christi, quia qualitas obiecti non augeat bonitatem operis, nisi quatenus per se cognita, & incerta ideoque ex obiecto incerto non derivatur in actum bonitas, & meritum infinitum; sed dignitas operantis confert suum effectum etiam si sit occulta, & ignota, ut dictum est *supra.* Dum quia hinc sequeretur Sacerdotem in Sacrificio Missae infinitè mereri, quia offert totum id, quod obulit Christus, atque B. Virgo, & Simeon in templo obtulerunt Deo Patri Christum Dominum, & tamen non fuerit actio in actu valoris, quia infinitas per modum obiecti non refunditur in actum, ut saepe dictum est; Nec iuvat distinctionem asserere de habente, aut non habente plenum ius in rem oblatam ut proinde in uno infatur ut bonitas infinita oblationis, in alio verò solum inobitatis, quia oblatio, qua B. Virgo filium Patri obtulit, & qua etiam Christus seipsum offerrebat, & in qua merum consistebat, fuit actio finita, & finitum obsequium, ac humiliorum praeparatio, & ratione rei oblatae, non formaliter, & intrinsece, sed solum obiective, & extrinsece infinita dici poterat; Tum demum quia non omnes Christi actiones fuerunt oblationes, aut Verbi humiliorum, plus enim praesens in Deum ferebatur aut in creaturas honestè illas amando; ergo saltem tales actiones infiniti valoris non fuissent. Quando igitur Scriptura, Patres, & Clementina valore redemptionis nostrae praefatio sanguini Christi tribuunt, profecto intelligebant, quatenus ipse Christus fundebat sanguinem pro redemptione nostra, & ipse erat, qui Deo Patri sacrificabat; alioquin nullus alius illum eundem sanguinem offerens potuisset adeo perfecte redemptionem nostram perficere, potuisset eadem explicatio Tridentino applicari, cum inferius in eodem capite in Christum (tandem se in altaris sacrificio offerentem reducat valorem eius sacrificii, preterquam quia intentio Concilii ibidem non fuit determinare ex quo formaliter capite ipsa passio Christi, & satisfactio suam lumen superie condignitatem, ac infinitatem sed tantum contra Novatores explicare vim nostri sacrificii in virtute passionis eiusdem Christi, ex qua sumitur eius valor, & efficacia.

347 Ad rationem negatur assumptum, quia res oblata etiam infiniti valoris, si ve offerens ius habeat in eam, si ve non, non possit oblationi conferre nisi infinitam bonitatem obiectivam, & extrinsecam, non verò intrinsecam, & formalem, quia actus ille non habet infinitatem in essentiali differentia, ut constat, cum sit finitae perfectionis; nec habet infinitatem in intentione, vel extensione, ut patet, nec infinitam estimabilitatem in genere moris quia maior estimabilitas ratione obiecti venit in voluntate a mandati Deum, qui tamen actus adhaec in genere moris est infinitè estimabilis. Nec est ad rem exemplum de homine faciente elemosinam, quia tunc illa datio esset finitae ex hypotesi, quatenus tunc ab eo produceretur infinitum in actu, si ve non, non possit praeteretur pro amore Dei, unde consequenter Deo daretur aliquid obiectum, quod antea non existebat, infinite volupatis causativum; nihil autem horum intervenit in oblatione facta a Christo, quia per eam nihil producit infinitum. Ad aliam negatur paritatem, quia quando praemium non proprie lumenur pro re aliqua habente impositione suam estimationem, & valorem, ut in exemplo alato de mercatore contingit sed pro morali opere morale valorem habeat, tunc valor digni multum pendet ex persona operante; in primo casu dignitas personae nihil utilitatis adferre mercatori, at in secundo casu multum refert, quod obsequium, & humiliorum fiat a persona digniori. Et ita contingit in redemptione per Christum facta, & idcirco quando sanguis eius dicitur pretium, semper intelligitur in ordine ad estimationem, & oblationem, quae facta est a persona Verbi ut colligitur ex eo, quod canit Ecclesia in eo hymno *sanguinisque pretii oblati, quae in mundi praemium Rex effudit gentibus praecius* cuius rei adhuc maiori intelligentia vide necessaria doctrina *n. 299.*

348 Postremo novissime Baldus in sua catholica monarchia Christi tractu de Incarnatione *q. 3. de merito Christi diff. 3.* non contentus morali infinitate in meritis Christi, ut ceteri loquuntur physicam etiam in ipsis architectari conatus est, quia meritum Christi, inquit, dicitur infinitum, non solum quia principium quod elicitivum operationum fuit persona infinita merens, sed etiam quia ex valore humanitatis ex se sufficientem

ARTICVLVS PRIMVS.

Varij modi explicandi libertatem Christi circa suos actus ad meritum sufficientem salua eius impeccabilitate.

resultavit quidam modus realis infinitus physicus, qui operationes Christi modificat, & formaliter constituit, & efficit physicè infinitas, v.g. actus obedientiæ in Christo habuit formaliter in se inherentem quondam infinitas rationem modalem, quæ est entitas positiua, & physica modalis, à qua actus obedientiæ formaliter denominatur infinitus in genere meriti: Quod autem ille modus sit physicus, probat, quoniam humanitati Christi, ut sic modificat, & per unionem hypostaticam eleuatur ad esse diuinum, & personale Verbi, competit, ut physice, & efficienter ad modum causæ physicæ in suas operationes influat: sed non potest prædicta humanitas physicè influere in suas operationes, nisi per modum quendam physicum prædictum: ergo ille concedendus est, ut insuat.

349 Respondeo, omnino fictitium esse modum huiusmodi infinitum realem, physicum ex unione humanitatis ad Verbum in operibus Christi resultantem, quia nec ipsa unio hypostatica realem infinitatem realem, & physicam participat, quamvis enim per eam unioem Christi humanitas sit eleuata ad esse diuinum, & personale Verbi, illudque participet, non nisi tamen finito modo, præsertim in genere physico, ut declaratum est in 2. 43. & quamvis verum quoque sit, humanitatem, ut sic modificatam, & eleuatam in suas operationes physicè, ac efficienter influere saluum tamen est, hinc derivari in eas aliquid infinitatem physicam modalem, quia nec ipsa unio tale infinitatem physicam in se habet, & quamvis ea mediante humanitas à diuina personalitate sanctificari, & quodammodo desicari dicatur, nihilominus adhuc in hac sanctificatione, & desiccatione opera minus, quid habent, quam ipsa humanitas, quia hæc per unionem hypostaticam dicitur physicè immediata unia Verbo, illa verò omni unione caret: hæc quæ est Christi operationes efficienter prodire ab humanitate unia Verbo, & hoc pacto ad esse diuinum eleuatur, solum in eas deriuare potest infinitatem aliquam ordinis in genere moris quantum ad dignitatem personæ operantis; ex quo capite licet actiones Christi nullam possint recipere limitationem, possunt tamen ex aliis capibus, ut supra dictum est, & ideo dici nequebit infinitas simpliciter, ac omnibus numeris absoluta.

QUESTIO NONA.

Quomodo Christus habuerit libertatem ad meritum sufficientem salua eius impeccabilitate.

350 Christus Dominum per operationes humanas verè, ac proprie apud Deum meruisse, est certum de fide, & patet ex ipso locutionem intento, etenim in carne passibili venit ob nosram justificationem, & salutem, quapropter in Trid. sess. 6. cap. 7. dicitur in ligno Crucis meruisse nobis justificationem. Quod etiam probat Scotus 3. disp. 18. ratione, quia in Christi actionibus fuerunt omnes conditiones ad actum meritorium requisitæ iam antea enumeratæ quæst. 3. omnes enim eius actiones fuerunt moraliter bonæ, non tantum quia peccare non potuit, saltem de potentia ordinaria: sed etiam quia nullum etiam actum indifferenter elicit, cum enim semper perfectissimo modo operaretur, omnes actiones elicit ab homine in gratia existente, ut enim constat ex dictis disp. 1. 2. ab instanti conceptionis fuit summa gratia habitualis repletus, imò non tantum gratiam habituales habuit, sed etiam unionis, quæ fuit radix, & causa dispositiua illius. Fuerunt quoque hominis Viatoris, quia licet Christus in hac vita fuerit comprehensor, adhuc tamen ex speciali Dei dispensatione fuit quoque Viator, quia erat passibilis, & mortalis, & licet quoad affectionem commodi, & quoad portionem inferiorum: quare poterat multa pati incommoda meritorie pro redemptione humani generis. Nec tandem defuerunt alæ conditiones, ut constat ex ibi dictis. Solum est difficultas de libertate, nam diximus loco citato præcipuum esse conditionem actus meritorij, quod sit opus liberum libertate proprie dicta, quæ dicit indifferentiã ad utrumlibet, hæc enim caruisse videretur in actibus præceptis, alioquin peccare potuissent eos omitteudo dubitare ergo quomodo his actionibus mereri potuerit, & varij sunt modi explicandi, quomodo libertatem habuerit circa huiusmodi actus, ut meritorij dici poterint, quæ adhuc cum eius impeccabilitate composibilibus fuerit.

351 Vponno ex dictis quæst. 3. cit. n. 64. ad meritum non sufficere libertatem solum à coactione, seu libertatem, quam vocant complacentiã, aut spontaneitatem, in quidam Nominales dixerunt, Gabriel, Major, Aliacensi, Holcot, & quidam alij apud Valquez disp. 216. c. 3, ut hæc ratione defecerent in Christo meritum perfectum per opus necessarium, sed omnino requiri libertatem etiam à necessitate intrinseca, quæ dicit determinationem ad unum: quod satis aperte colligitur ex 1. Corin. 9. si enim volumus hoc agere, libere facere necessitate mercedem habebit & sic etiam loquuntur Patres, unde Bernardus serm. 81. in Cant. inquit ubi non est libertas, neque meritum, & Hier. lib. 2. contra Iovin. Ubi necessitas ubi nec damnatio, nec coronatio, & hoc ipsum suadet ratio, quia ad meritum requiritur æ libertas, quæ est vera libertas, & propria hominis, seu liberi arbitrii humani: hæc non est libertas à coactione tantum, sed etiam à necessitate, ut latè ostendi disp. 7. de anima quæst. 2. cum autem hæc libertas à necessitate sit duplex, alia quoad specificationem, sed contrarietatis; alia quoad exercitium, seu contradictionis, iam dixi loc. cit. hæc posterioriorem solum esse ad meritum necessariam. Plures dicendi modos ad huius difficultatis solutionem, quæ est ex grauissimis in tota Theologia, valde accuratè examinat P. Bellutus Collega meus d. 12. de Incarnat. quæst. 2. art. 1. quorum præcipuos nos quoque post ipsum hic ex ipendimus; de quo etiam puncto ex nostris videndus est Gallus 3. disp. 12. quæst. 1. art. 2.

Præcipuus dicendi modus est plurimum Thomistarum opinantium huic difficultati sufficienter satisfacere ut regula illa generali, quod necessitas consequens, & ex suppositione non lædit libertatem, & talem dicitur fuisse necessitatem, quia Christus actus præceptos eliciebat, atque ideo integram etiam circa eos libertatem ipsius permanisse. Hæc tamen solutio proferuntur ex dictis lib. 1. disp. 3. quæst. 3. n. 145. & 146. ubi rectè illius regulæ intelligentia assignata est ex D. Ansel. & August. nempe intelligi debere de suppositione concomitanti ulum libertatis nostræ; & quæ sit aliquo modo in peccatore nostra, non autem de suppositione antecedenti: talis autem est suppositioem necessitas, quia Christus non poterat peccare, & mandata transgredi, licet enim esset consequens ad unionem hypostaticam, & beatificam; erat tamen antecedens ad usum, & exercitium libertatis, quia oriebatur ab intrinseco ex ipsa conditione, & sanctitate Christi vide habent in actu primo, & per modum principij, de quo supra fide apud Bellutum cit. an. 17. Tum quia si manet integra libertas; ergo absolute poterat non operari rem præceptam, & peccare.

Respondent quidam Thomistæ præceptum mortis darum fuisse Christo dependente ab eius voluntate, quæ sine peccato potuisset præceptum non acceptare, unde Patet æternus impossuit illud Christo, ipso petente, & acceptante, atque ideo necessitatem obseruantiæ illius præcepti fuisse ex suppositione concomitanti, non antecedenti. Sed Contra, quia in primis hæc solutio non satis congruit verbis Christi Patet si possibile est, transgredere à me calix iste, verum tamen non meo voluntas sed tua fiat. Tum quia hinc sequeretur passionem, & mortem eum fuisse solum in causa liberalem, non in se, & consequenter solum in causa meritoriam, scilicet, in aquillo acceptationis præcepti, quod falsum est, quia actus ipse moriendi in se fuit meritorius, & non in causa tantum, vt colligitur ex illis verbis ad Philip. 2. factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, & ideoque ab omnibus conceditur mortem ipsam actualem, ac exercitium ipsam passionis fuisse causam meritoriam redemptionis nostræ. Tum denique quia Christus, non tantum meruit per mortem, & passionem suam, sed etiam obseruando præceptum dilectionis Dei, quod plane non fuit in eius potestate acceptare, vel non acceptare, vnde difficultas saltem videt de præceptis primæ tabulæ, quæ sunt indispensabilia; quare ad summum hæc solutio libertatem in Christo saluaret circa obseruantiã præcepti positiui, non autem præcepti naturalis charitatis erga Deum, & proximum; Per quod etiam præcluditur fuga aliorum, quæ ad euitandum præsentem difficultatem negant Christum habuisse à Patre præceptum moriendi; Quamvis enim hoc etiam falsum sit, & contra commune Patrum, & Scholasticorum doctrinam, eorum admodum adhuc videt difficultas in præceptis naturalibus, quomodo in eorum obseruantiã liber fuerit, quantum requiritur ad meritum salua eius impeccabilitate. Vide Suarez disp. 37. sect. 3. alia obicientem contra hæc solutionem.

Secundus dicendi modus est aliorum dicentium, voluntatem Christi ex eo, quod non poterat peccare, fuisse quidem determinatam ad bonum in communi, ita ut non esset indifferens ad

ad bonum, & malum; sed fuisse liberam, & indifferenteam ad plura, ac varia bona in particulari, quia poterat amplecti unum, vel aliud bonum, & idque factis esse ad meritum. Sicut diuina voluntas necessariò determinata est ad bonum in communi, non tamen necessariò determinata est ad hoc, vel illud bonum creatum in particulari; & ideo tamen sit necessariò vellet bonum, quia non potest à bono desistere, tamen liberè vult hoc, vel illud bonum creatum. Sed quicquid sit de hæc doctrina de necessitate diuine voluntatis circa bonum creatum in communi, quia cum sit finitum, & limitatum non videtur sufficiens ad imponendam ei necessitatem; profectò non est ad rem, quia difficultas videt de bono aliquo, & opere in particulari, ut potè in exemplo passionis, vel dilectionis Dei præcepti, vel cui in poterat Christus reculare passionem, & mortem, aut ipsam Dei dilectionem, vel proximi, vel non poterat; si primum iam poterat non obedire præcepto, & sic peccare; si secundum, iam in talis obseruantia præcepto non habebat libertatem, atque ideo non merebatur. Cum hoc dicendi modo conceditur alter affirmans voluntatem Christi esse physicè liberabilem per negationem concursus ad omnem actum malum, liberam vero per indifferentiã ad hunc, vel illum actum bonum; hæc videtur esse opinio D. Thomæ 4. 18. art. 4. ad 3. ubi constituit Christum determinatum ad bonum in communi, non tamen ad hoc, nec ad illud determinatè.

352 At neque hoc satisfacit, quia hæc libertas, vel indifferentiã ad hunc, vel illum actum bonum non sufficit ad meritum, alioquin deberet etiam in Beatis meriti admitti, in quibus talis indifferentiã reperitur cum negatione concursus ad omnem actum malum. Tum quia libertas ad solum individuum cum necessitate physica ad speciem non sufficit ad meritum, ut latè dicam infra 4. 10. art. 1. n. 414. Tum quia libertas ad meritum requisita est, quia voluntas potest agere, & non agere rem præceptam, aut elicere, & non elicere actum præceptum, ita ut possit totaliter omittere illum in per quam omissionem violaretur præceptum, iuxta illud Eccles. 31. Beatus vir qui potuit transgredi, & non est transgressus &c. Respondent aliqui hæc quod libertatem contradictionis fuisse in Christo, quod poterat acceptos præceptos omittere, non quidem actu positiuo, quod dicitur omittere vultam præceptum, sed per simplicitatem, & puram omissionem, quæ non esset demeritoria, sicut neque libera, & voluntaria, cum hoc repugnet puræ omissioni. Sed possibile esse puram omissionem liberam, & voluntariam iam ostendi disp. 7. de anima 4. art. 2. quæ proinde potest esse mala, ac demeritoria, ut dixi lib. 2. disp. 6. g. 4. alioquin sequeretur aliquem non obseruando præceptum, cum posset, & teneretur, non violare illud, quod est falsum, quia violatio præcepti affirmatiui tunc formaliter habetur, quando urgente præcepto non elicitur actus præceptus cum aliquo posset, & deberet elici.

353 Tertius dicendi modus saluat Christi impeccabilitatem per solum gratiæ efficacia, voluntatem humanam Christi ad bonum confirmantem, libertatem vero in intrinseca indifferentiã ad oppositum, quam gratia efficax non tollit, quod pacto per intrinsecam indifferentiã ad oppositum confirmati in bonum liberè adhuc operantur, ita D. Bonan. 3. disp. 18. art. 1. quæst. 2. ad 1. Argentina, Maribus, Almainis, & alij antiquiores. In eorum dicendi modum recidere videtur quod inquit Suarez 3. p. disp. 37. sect. 3. dùm ait, quod si voluntas Christi consideretur secundum se, & suam intrinsecam dispositionem, poterat non acceptare mortem, & passionem; sed si consideretur, ut subest custodia diuine personæ, & in sensu composito, non poterat non acceptare; ut vero actus dicitur liber, sufficit, ut quantum est intrinseca voluntatis dispositio positiua fieri, & non fieri, & voluntas possit agere, & non agere; qui modus operandi, quia est intrinsece voluntati, non immutatur per aliquid extrinsecum qualis fuit præceptum, & diuina assistentia, quod confirmat exemplo de confirmatis in gratia. Ac tandem in idem recidit, quod inquit Aueria quæst. 12. sect. 3. unionem hypostaticam nullam inferre necessitatem voluntati Christi, quia non solum non determinabat, sed nec simpliciter movebat eam ad operandum nec se sola præbebat, aut addebat ei vires; sed potius ex parte Dei obligationem constituebat, ut per auxilia commoda, & opportuna gubernaretur Christi voluntatem, ne consentiret in peccatum ulum; sicut ergo auxilia efficacia in nobis nec cessitatem non inferunt, ita nec unio hypostatica in Christo.

354 Neque tamen hic dicendi modus satisfacit, quia ratio dabitur in hac materia orum dicit ex physica impeccabilitate humanæ voluntatis Christi Domini, nam hæc excludit non solum moralem, sed physicam etiam potentiam peccandi, & consequenter libertatem seruandi gratiam; at allegatus dicitur modus non saluatum libertate physicam, sed moralem dicendi modum voluntatem, siquidem gratia ad bonum confirmans non tollit physicam, sed moralem duntaxat potentiam ad peccandum; unde confirmati in gratia, absolute loquendo, dicuntur peccabiles; itaque hic modus de facto non ponit maiorem impeccabilitatem.

Meld. Tomus Tertius.

tem proximam in Christo, quam ponat in confirmatis, in quibus est etiam moralis impeccabilitas proxima, ut etiam notauit A. Micus disp. 25. sect. 3.

355 Respondeo Suarez discrimen esse de Christo, & confirmatis in gratia quia de Christo dicere non possumus, quod absolute possit peccare, licet non in sensu composito, ut dicimus de confirmatis in gratia, quoniam isti ex seipsis non dicuntur sensum compositum, id est, illam assentientiam diuine gratiæ, & Christum, ut sic, dicit personam diuinam in natura humana, & per consequens in suo conceptu includit istam assentientiam, & custodiam diuine personæ, & sensum compositum. Sic pariter inquit Aueria discrimen esse inter Christum, & alios in gratia confirmatos, quod impeccabilitas in aliis est ab extrinseco, ratione, scilicet, extrinsece duntaxat decreti; in Christo verò ab intrinseco, quia radix impeccabilitatis quæ est unio hypostatica, quantum necessariò inferit diuinam assentientiam, & alia præcepta implere, quia desicibat conditio necessariò prærequirit ad libertatem actionis, qualis est concursus Dei paratus, quia ratione etiam Beati dicuntur impeccabiles; si primum, ut dicitur de confirmatis in gratia; ergo absolute poterat peccare, sicut confirmati, licet infallibiliter non esse peccaturus, quod tamen de Christo asserti nequit. Tum quia discrimen à Suarez alia, unio de Christo, & confirmatis in gratia, parum urget; quamvis enim dicit non possit Christus peccare, quia includit sensum compositum, saltem dici possit, animam Christi posse peccare, quia sic non includit diuinam personam, nisi specificatiue, & tamen neque id dignè de Christo enunciari potest, quia nec de Beatis dicitur posse, ergo tantum minus de anima Christi, quæ erat perfectissimè beata. Hac eadem ratione recitatur Aueria responsum, vel enim unio hypostatica Deum necessitat, non solum ad conferendam omnia efficacia gratiæ auxilia, sed etiam ad negotiationem concursus parati ad oppositum, & sic Christo admebatur libertas; vel solum necessitat ad præbenda auxilia, non tamen ad negotiationem concursus ad oppositum, & sic non maior potestur impeccabilitas proxima in Christo, quam in confirmatis, quamvis in Christo ponatur ab intrinseco debita, in confirmatis autem ratione extrinsece duntaxat decreti. Denique si valeat dicere, impossibile est Christum non implere præceptum, ut isti concedunt, quia Christus includit sensum compositum, inquit Suarez, nec de potentia absoluta potuit Deus degenere Christo auxilio efficacia ad seruanda præcepta, inquit Aueria ergo necesse fuit absolute Christum implere præcepta, atque ite non liberè consequentia patet: per regulam de consequentibus moralibus, quod quodcunque dicto negativo tribuitur, impossibile, dicto contradictoriè opposita tribuitur necesse; ut si hominem non esse rationale est impossibile, ergo hominem esse rationale non esse.

356 Respondeo rursus Aueria argumentum non urgere quia non debet saluari, & explicari nostrum exercitium libertatis per illam præparationem concursus Dei in actu primo, sed per illud decretum Dei ad concurrendum sub conditione, si humana voluntas sic operari determinet; sed saluari, & explicari debet per hoc, quod in se habeat omnia in actu primo requisita ad operandum in utramque partem, & non habeat formam aliquã vel conditionem per se immediate mouentem, ac determinantem ad unam partem. Sed Contra, quia si nostre libertatis exercitium saluari, & explicari debet per hoc, quod in se habeat omnia in actu primo requisita ad operandum in utramque partem, sequitur necessariò explicari debere per præparationem concursus Dei in actu primo in utramque partem, siquidem concursus iste paratus ex parte Dei connumeratur inter accessarij prærequisita ad agendum in causis liberis, ut constat ex dictis lib. 2. disp. 1. quæst. 3. Et quamvis verum sit concursum paratum non bene explicari per illud Dei decretum ad concurrendum sub conditione, si humana voluntas sic operari determinet, quia nihil determinate potest humana voluntas sine absoluta, & efficaci determinatione Dei concomitanti; sed potius explicari debet per absolutum Dei decretum spectans ad actum primum, quod determinat ut assistere omnibus causis secundis iuxta earum naturam, & proprium agendi modum, adeoquod cum naturalibus concursum habeat paratum ad unam tantum partem, cum liberis verò paratum ad utramlibet; inde tamen inferre non licet absolute præparationem concursus Dei in actu primo ad exercitium nostre libertatis non requiri, nec per illum saluari, & explicari debere; sed tantum sequitur non requiritur.